



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Illvstrivm Controversiarvm Biga.**

**Caraccioli, Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1619**

Secvndvm Argvmentvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64242)



## SECUNDVM ARGVMENTVM.

11. 10. 719.  
ad finem.

108 **I**DEM Gregorius Turonensis scriptum reliquit, / Martinum ordinatum fuisse Episcopum anno 8. Valentiniani, & Valentis Augustorum; is est Christi, iuxta vulgares Fallos 372. Gregorio autem Aeram Diocletianeam anno 283. hoc est anno citius vnà cum Ambrosio, & Latinis aliquot inchoanti, erit profectò 371. quibus si addideris Episcopatus Beati Martini annos 25. menses 4. d. 7. peruenies ad diem 11. Nouébris Anni 395. Supputatio clara est, & omnia probè conueniunt.

109 Neque obstat, quæ interim ex castigatissimis Onuphrij Fastis posset fieri obiectio, videlicet, Annum, quo Valentinianus ad Imperij fastigium euectus est, fuisse bissextilem, atque adeò à Christo nato 364. Hinc verò sequi octauum Annum Valentiniani fuisse Christi 372. non autem 371. vti ex Gregorio statuimus: Non inquam, valida est hæc obiectio aduersus Turonensem: Is enim vt diximus diuersam sequutus est Aeræ constitutionem, Ambrosium scilicet, & complures veterum imitatus qui Aeram Diocletiani, anno, aut biennio citius inchoarunt. Verùm quid officit diuersa Aeræ constitutio, si in annis Christi, & Urbis, atque Orbis Gregorius cum Eusebio, & Hieronymo, vt ipse se facturum miserat, planè consentit? Denique nobis sat est demonstrasse, quando Gregorius inquit Martinum factum fuisse Episcopum anno 8. Valentiniani, perinde sumendum esse, ac si dixisset iuxta vulg. Fallos anno 7. Vtraque enim supputatio eodem recidit, quia in Diocletiani, & in Constantini Imperio tantum disident, non autem in annis Christi, neque Urbis, neque Orbis.

## TERTIVM ARGVMENTVM.

110 **S**ilatiùs, & diligentius explicemus vim argumenti illius, quod supra tetigimus, à Perpetui Episcopi ordinatione desumpti, non solum consequemur Martinum nequaquam obiisse anno sal. 402 sed etiam comperiemus obiisse an. 395. vt Turonensis clarè significat. Rationabor itaque hoc modo: Sanctus Perpetuus non solum, vt diximus, interfuit, sed etiam præfuit Concilio Venetico, pertinebant enim Venetici fines ad Turonensem, cui ipse præerat, Metropolitanì iure, Prouinciam, Concilium autem Veneticum quis non videat non posse constitui ann. salutis 453. vt Baronius, Binius, & Gordonus faciunt? eo enim ann. Sanctus Perpetuus nondum erat Episcopus Turonensis, quippè qui, vt supra multorum veterum testimonio firmauimus, ordinatus fuit anno 604. à Martini decessu. Atqui Martinus, Baronio, & Gordano obiit anno 402. quibus additi 64. conficiunt 466. non autem 453. Vide falsæ Theses quantum sibi inuicem aduersentur. Dicimus ergo cum Onuphrio, Concilium Veneticum celebratum fuisse anno 460. Magno

& Apol-